

A D  
M. JOACHIMUM BURMEISTERUM  
ORPHEA SAXONICUM,  
Virum clariss. & Amicum meum  
singularem.

**N**obis quaesitio sepius voluta est  
Quenam pulcrior Artium vigeret,  
Cuique major honore laus habenda  
Esset sex reliquis: diu voluta est,  
Inquam, quaesitio; nec levis valoris  
Res fuit: licet atque certiori  
De notâ nihil haecenus probarim,  
Fam tamen referam quod ipsa res est.

Vita MUSICÆ si venustioris  
Servatrix perhibetur esse, cordis  
Creditor generosa siq; nutrix,  
Omnis læticiaq; mater, atque  
Curarum facilis, fugansq; pestis,  
Oblectatio grata sensuumq;  
Florentis decus & lepos juventa,  
Et formosa medela sanitatis,

Nec non ipsa medulla suavitatis:  
Cuiam major honore laus habenda  
Vita si juvenum, puellularum,  
Siq; balsamus audit ILLA, amoris  
Nectar, moschus amantium, levamen  
Nervis deficientibus senectæ,  
Languoris recreatio, doloris  
Stactæ siq; vocatur atque habetur,  
Communisq; hominum omnium voluptas,  
Quâ demtâ nec ego unicâ per horam  
His terris superesse postulare:  
Si, inquam, MUSICA, mortis audit  
Cæli porta, beatitudo vera, (horror,  
Quenam pulcrior Artium vigebit?

Christoph. Berchan P. & Phil.

JOACHIMUS BURMEISTERUS  
*ἀναρχαμματιρέμυ. &*  
MUSICE TRIBUAM OS, VIRES.

**L**Anguida Scala stetit Musarum hoc tempore: sic **VT**  
**SO** La suo mulier quæ viduata ma **RE**.  
**F**Amâ hanc destitui gaudebant undiq; mo **MI**,  
**M**imus at infandum duxit id esse ne **FAS**.  
**RE**jectæ **OS VIRES TRIBUAM**, inquit, Musice, & ut **SOL**  
**VT**q; dies tenebras pellit: ita hæc ma **LA**.

Johannes Burmeisterus Lunæ-burg,  
P. Laur.